


0. 77 un. 3

ms





DISSERTATIO JURIDICA,

MVLTCTA,

Frevel oder Bestraff.

DEO CLEMENTER ANNUENTE

SUB PRAESIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi, Excel-
cellentissimique

DN. IOHANNIS REBHAN,

U.J.D. ET IN ALMA ARGENTORA-

TENSIVM UNIVERSITATE, PAND.

PROFESSORIS CELEBERRIMI,

Dn. Patroni atque Praeceptoris, quo vis obser-
vantiae cultusque genere aetatem pro-
sequendi.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI

CASPARUS ZILLESIVS

Wolfio-Mosellanus.

ad diem Septemb. loco horisq. solitis.

ARGENTORATI,

Typis SEBASTIAN-NICOLAI HETSTEDI,

M. DC. LVI.

93.

1656, 11.

18

2

Disp. VIII



ILLVSTRISSIMO CELSISSIMOQVE
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. CAROLO
OTTONI,

Comiti Palatino Rheni, Duci Bava-
riæ, Comiti in Veldentz, & Sponheim, &c.

Domino meo Clementissimo.



Quoties, Illustrissime Princeps, Domine Cle-
mentissime, animo volvo atque revolve se-
verissimam illam Servatoris nostri senten-
tiam, quâ sibi, futuro judici, in novissimo
rerum omnium die, rationem de quovis in-
utili verbo reddendam fore, interminatus
est, ingens me subit admiratio, quod miserorum mortali-
um pars longè maxima salutis suæ secura, partim impia,
partim vana sectetur studia, quæ divino neutiquâ compla-
cere possunt Numini, nullâ habitâ curâ UNIUS NECESSARIJ,
tantoperè nobis commendati, quo qui caret, rigorosâ ju-
dicis imminentis voce æternùm infallibiliter damnandus
est. Contra felicem illorum cum Regio Psalte de prædico-
sortem, qui sacris studia sua meditationibus deputant, le-
gemque Domini noctes diesque versant. Hæc, inquam,
quoties diligentius apud me retracto, irritus mihi vanusq;
labor videtur, quo in politicis hisce studiis, citò desituris,
defatigor atque consumor, longè rectius acturus, si, quid
adventanti FILIO HOMINIS, mortuos simul atque vivos pro-
pediem

M. DC. LVI

94.

pediem ad tribunal evocaturus, respondendum sit, anxiam cogitatione pensitaverim. Et ad hanc curam maximè necessariam atque salutarem, quem non periculosissimorum horum, in quæ reservati sumus, temporum asperitas commoveat, & ab occupatione rerum transeuntium, pauloque post annihilandarum, revocet atque retrahat? Quæ non mala dira Ecclesiam, rem publicam ac privatam in extremo hoc seculorum agone turbant & affligunt? Quam innumeræ animarum grassantur harpyiæ? non infernales solum illæ, quæ immani ira ac furore concepto circumambulant, quærentes, quam deglutiant, sed & harum ministræ, humanâ indutæ specie, quæ sub prætextu religionis incautis imponere exitiali fraude solent. Quæ cum tanti sint momenti, non possunt non piam mentem ab inanibus hisce, & ad summum bonum consequendum parùm facientibus civilis prudentiæ studiis, avertere, aut saltem à nimiam earum curâ abstrahere, ut adeò sæpe mecum disputem, cur non potius omnem Theologiæ vitam consecraverim, atque nonnunquam alacritas mea in discendo penè languesciat. Verùm cum vicissim reputo, nec hoc vitæ genus Deo Opt. Max. displicere, sed apprimè gratum esse, si verâ pietate atque probitate sit instructum, nec etiam expers tantæ rerum divinarum scientiæ, quantâ ad æternam beatitudinem consequendam homini Christiano opus est, animum rursus ad continuandum strenuè coepti studii cursum erigo. Quemadmodum enim miles laude dignus is habetur, qui statione sibi assignatâ non nisi Imperatoris jussu excedit; Et sicut rerum coelestium desiderio, humanarumque miseriarum tædio, vitam laqueo finire fas non est: Ita beati ab ipso DEI FILIO prædicantur illi, quos in universalibus illis rerum humanarum comitiis sedulo, quod imperatum fuerat, peregisse, reperturus est. Proinde haud

probabile existimo, ut ullius rei intuitu coeptam vitæ ratio-
nem, cui divinam favere benedictionem sentio, privato a-
liquo consilio mutem atque deseram. Quando quidem igi-
tur Argentorato, quod aliquot per annos me liberaliter fo-
vit & hospitio excepit, VALE dicturus sum, antequam dis-
cederem, publico hoc exercitio, meis, quorum informa-
tione fidelissimâ in inclytâ hac Universitate usus sum, Præ-
ceptoribus, qualescunque agere gratias decrevi. Ne autem
Patrono careret hæc mea dissertatio, Illustrissimo T. C. no-
mini eam inscribere ausus sum, cuius facti rationem, qui
à me exigat, spero fore neminem, nisi fortè verecundiæ fi-
nes me transfiliisse dixerit. Verùm enim verò, cum immor-
tali laude gaudeant & gavisuri sint illi Principes, quorum
aditus aulæ facilis cuivis, etiam infimæ sortis subdito, pa-
tuit patebitve, atque T. C. clementia & humanitas plus-
quam sit notissima, nulla me ratio remorari potuit, quo-
minus exile hoc & devidense ingenii mei monumentum
T. C. offerrem, atque eo ipso humilimam animi subjectio-
nem profiterer. In primis calcar addebatur consideranti,
esse T. C. non solum literarum (rarum tanti fastigii decus!)
amantissimam, sed & erga gnavos Musarum cultores pro-
pensissimam, ut sanè spem foveat is pulcherrimam, qui,
posse etiam rem publicam in partibus sibi T. C. beneficio
atque clementiâ credendis aliquando gubernari, confidit.
Accipe igitur, Illustrissime Princeps, Domine Clementissi-
me fronte serenâ, hanc, quantulacunque est, devotissimi
animi tesseram, meque clementissimo hoc, quo hæcenus
prosecutus es, affectu, in posterum prosequi perge.

T. C.

Devotissimus humilimusque cliens

CASPARUS ZILLESIIUS,
Author & Resp.



DISSERTATIO JURIDICA,

DE

MULTA,

Non

Srevel oder Geldstraff.

THESIS I.

DE Multâ (materiâ præ omnibus aliis hodie tam in foro seculari, quàm Ecclesiastico usitatissimâ, pro- ut non solum pragmatici testantur, post Farinac. Carpov.

prax. crim. part. 3. quæst. 130. n. 2. sed & quotidiana rerum, in exulceratissimo hujus mundi senescentis seculo, documenta abundè edocent) breviter aliquid, pro modulo ingenij ac temporis, quod iter paranti superest, secutus monitum Icti in l. 25. ff. de liberat. leg. quotidiana plenius ac crebrius esse pertractanda, disserere in animum induxi. Auxilium igitur cœlestis Numinis, in cujus nomine ad omnia consilia omnesque actus semper nos progredi decet l. 2. pr. C. de offic. Præf. præf. Afric. devotâ mente imploro; quandoquidem benè & competenter universa geruntur, si principium rei fuerit decens & amabile Deo. Nov. 6. præf. Is igitur hujus nostri laboris principium, medium & terminus esto Nov. 109. pr.

2. Cum autem duplex potissimum sit studiosorum exercitatio: Analytica seu textuum resolutiva, & synthetica seu præceptorum principiorumque compositiva, Magnific Dn. D. Tabor *tr. de iure socid. c. 9. n. 1.* potuissem sanè labore fortè non inutili vel l. 131 §. I. de V. S. vbi ex professo de multâ, & quomodo à pœna differat, tractatur: vel alium quendam textum hac de re agentem ad manus sumere eumque juxta leges methodi resolutivæ enucleare. Verùm cum d. l. 131. aut ulla alia materiam hanc non exhauriat, & compositiva methodus ad discendum docendumque maximè sit accommodata, Wesemb. *ω. n. 2. de Iust. & Iur.* utpotè quæ aptâ & continuâ causarum serie rem totam visceribus quasi suis erutam disponit,

A 3

hanc

95.

29



hanc quoque normam in præfenti difcurfu fequi animus eft, quod fiet hoc ordine, ut primò definitionem nominis tradamus, inquirendo in vocis etymon, homonymiam & fynonyma; porrò rem ipfam definiamus & divifiones fubjiciamus; Tum caufas figillatim exponamus; quas excipiet enarratio effectuum, poft doctrina contrariorum: denique affinia tractationem terminabunt & abfolvent.

3. Quoniam itaque fcientia rerum à cognitione verborum dependet, *l. 1. pr. ff. de I. & I. l. 1. si cert. per.* & nomina rerum fignificandarum gratiâ reperta dicuntur §. 29. *l. de legat. l. 7. §. 2. de fupell. leg.* confequenter verborum neglectus rerum parit incertitudinem, rurfus illa incertitudo neglectum verborum, ut tandem neque res neque verba calleamus, *Oldendorp. class. 4. act. 24. pr. Conf. Amplif. Dn. Præfes, Præceptor ac Patronus meus colendiffimus in Hodoget. dedicat.* Notandum eft ratione *Etymologiae*, quod vocabulum *Multa* (ita enim veteres fcripfiſſe, non *mulcta*, nonnulli contendunt, quod & probabile redditur ex derivatione mox tradendâ; quamvis *Gædd. ad l. 131. §. 1. de V. S. n. 1.* retinendam cenſeat ſcripturam Sabinianam, quæ habet *mulcta*: Sabini enim *mulctum*, quod Romanis *multum* eft, dixiſſe feruntur, ut *mulcta* fit dicta κατ' ἀντιφραſιν, quaſi minimè *multa*, quia principio in uſu erat unam ovem pro pœna pendere, autore *Gellio l. 11. N. A. cap. 1.*) juxta *Varronem l. 4. de ling. lat.* inde dicatur, quod *multa* ſimul imperabantur, idque contra antiquorum conſuetudinem, qui ſingulos tantùm, aut unius generis res *multæ* nomine exigebant, quam tñ. *Varronis* traditionem λεπτολογίαſ alii arguunt. *Martin. in Lexic.* deducit à *multus*, quoniam in diſceptatione de pretio ſ. auctioribus is rem indictam accipit, qui *multum* dat, & hoc ipſo, dum ad priorem licitationem aliquid addit, alium quaſi *multat*, imò & ſe ipſum quaſi punit & detrimento afficit, dum nimio licitandi ſtudio magni rem mercatur. Sed *Festus* ait, *multæ* verbum mutuatum eſſe ab *Oſcis Italiae* populis, apud quos *multa* erat, quod apud Romanos pœna, idque noſtri ſequuntur, *Wefenb. n. 1. C. de mod. mult. Perez. n. 1. eod.* Qui malunt ſcribere *mulcto*, derivant à *mulco* veteri verbo, quod percutere, lædere ſignificat, originè trahens à *mulceo* i. e. mitigo, ut ſit *einen weich ſchlagen*, ſicut ap. *Terent. in eunuch.* legitur, ſandalio committigare caput. Aliis à *mulgeo* veniſſe magis placet, quia ſicut pecora, dum *mulgentur*, ſuo ſpoliantur lacte, ita cui *multa* dicitur, emungitur & quaſi *emulgetur* pecunia, & ſic habet *jocofa* annotatio *Drogh. ad Clarum l. 5. ſent. §. ſm.*

fn. q. 95. n. 22. eamque derivationem probat Rebuff. ad l. 131. §. 1. de V. S. Sed de his plus satis, plura qui volet, Criticos adeat.

4. Homonymiam quod attinet, vocabulum *multa* accipitur vel proprie vel improprie. Proprie iterum vel late vel stricte. Late, ut quamvis coercionem pecuniariam designet, etsi à lege ipsa sit determinata, sicut accipitur in l. 2. C. de episcop. aud. l. 1. C. de sportul. vel à privatis conventa v. 0. 7. Etsi enim nonnulli velint, multam certam improprie dici multam, contrarium tamen mihi verius videtur, quia antequam determinetur est arbitraria; Et quemadmodum lex aliquando in certis criminibus pœnam non definit, sed in arbitrio iudicis relinquit, ut in l. 1. §. 1. ff. de effractor. & nihilominus tamen pœna dicitur: ita quoque multa non definit esse multa, quamvis quibusdam in casibus taxata & determinata sit. v. Rebuff. ad d. l. 131. §. 1. de V. S. In strictâ significatione denotat tantum illam pœnam pecuniariam quæ arbitrio iudicis infligitur Pac. Analys. Cod. n. 1. de mod. mult. & hoc sensu definietur in 0. 6. Improprie hæc vox ad alia multa à bonis scriptoribus transfertur, ut v. g. multare usurpetur pro privare, Virg. in Ciri. quod si perdidierim, patriâ multabor. Apud Tacit. 13. Annal. legitur, multare exilio. Plaut. in amphitr. multare matrimonio est repudiare conjugem. Virg. 11. aeneid. multatam tristi morte Camillam. Sic verberibus multare, &c.

5. Habet hæc vox varia Synonyma, dicitur enim sæpissimè pœna pecuniaria in l. 2. ff. de publ. jud. l. 12. §. 4. ff. de accusat. l. nec quicquam ff. pro soc. l. 1. §. 3. ff. de pœn. l. 13. §. 6. de his qui not. infam. l. 4. de custod. reor. Pœna nummaria l. 11. §. 1. de recept. arb. Item multa pecuniaria in l. 3. §. 1. ff. de re militar. l. 1. ff. de term. amot. l. ult. f. C. de Episc. Cler. Emenda in c. solet. 2. de sent. excommun. in 6. sic dicta, quod per eam delinquentes emendentur vel certè emendari debeant; fac. c. quævis 8. de offic. ordinar. in 6. Vnde Gallorum amende, & Germanorum besserer. Emenda tamen à multâ hoc differt, quod condemnatus multam iudici, emendam parti præstet Carpzov. Jurispr. for. p. 4. const. 35. def. 12. n. 4. Item pœna arbitraria; multarum severa compendial. §. C. de mod. mult. ratione sc. ærarii, cui quæruntur. Inde verbum multare l. 3. C. d. r. multam indicere l. 2. eod. multam statuere l. 1. §. 2. ff. de fugitiv. condemnare in auri summam l. 6. pr. C. de mod. mult. infligere certam quantitatem nomine multæ d. l. 6. §. 4. eod. pœnariis coercere dispendiis l. quinque summates 57. C. de Decur. 10. 31. multâ multare l. 1. §. ult. ff. de aleator. pecuniaria pœnâ multare l. 1. §.

29

LIBRARIUS



6. in fin. ff. de postul. Græcis *ἔνπια* dicitur, quod aliàs damnum significat, quia multa detrimentum, dispendium & jacturam bonorum vel nummorum adfert. Germanis *Buß/ Selbstuß/ Selbststraffe/ brüche/ abtrag*. Carpzov. *practic. crim. p. 3. q. 109. n. 42*. Nostris in oris ut & alibi usitatissima est vox *Frevel/* forsàn à temeritate descendens, ita ut effectus causam suam notet & involvat, quia plerumque ob temerarium & dolosum actum multa infligitur, quemadmodum Cic. *pro Cluent.* ait *multam committere* i.e. tale quid admittere, quod multam mereatur. Possit quis forsitan haud absurde dicere *frevelen* per anagram. quasi *verfehlen/* quod sit aberrare à præscripto legis seu deviare à recto legum tramite. Quamvis Wehner. *Obs. Pract. verb. Frevel.* doceat esse verbum corruptum ex antiquo Francorum *fredo*, seu *fredâ*, quam Majores nostri *Fredel* vocitârint, idque denotasse mulctam, quæ Domino i.e. Imperatori, Regi vel Comiti propter pacem violatam dari solita erat *habe derowegen einer den Frevdel büßen oder den Frieden zahlen müssen.* Conf. Siccama in *legib. Friasior. tit. 16.* Add. Befold. *Thesaur. pract. v. Frevel/* ubi hoc verbum multas judiciales fisco debitas proprie denotare tradit.

6. Onomatologiâ sic præmissâ, commodum nunc *definitionem* rei subjiciemus. Multa est coercitio pecuniaria, quæ arbitrio iudicis multantis infligitur, uti eam post Pac. Anal. Cod. n. 1. de mod. mult. describit C. I. A. lib. 1. tit. 22. § 36. Forsitan etiam non malè dixerimus: Multam esse pœnam civilem pecuniariam, quam iudex suo arbitrio irrogat delinquenti, ad temeritatem ejus, malitiam dolumve cœrcendum. Dixi *pœnam* vocabulo in suâ latitudine accepto, prout ratione variarum specierum vicem generis obtinet, non instructiori illo significato, quo multa opponitur. *l. 131. §. 1. de V. S.* Addidi civilem, id est eine Bürgerliche straff. Distinguuntur enim pœnæ in capitales, quibus vita adimitur; Corporales, quibus vitâ salvâ corpus rei affligitur; Et civiles, quæ nec vitæ jacturam, nec directò corporis afflictionem adferunt, quales sunt relegatio, & mulcta. Carpzov. *prax. crim. p. 3. q. 130. n. 1.* Reliqua definitionis membra thesibus seqq. suo unumquodque loco explicabuntur.

7. Distinguo multam (voce paulò latiùs sumtâ, nam propriissimè loquendo omnis multa à iudice infligitur. *v. §. 4.*) potissimum in Judicialem & conventionalem. Judicialis mihi est, quæ circa iudicium imponitur. Estque vel à lege ipsâ determinata, *l. 4. l. 6. C. de mod. mult. l. 2. C. de Episc. aud.* vel religioni judicantis relicta *Wesenb. ad d. 1.*

nores connumerat Vultej. *l. 1. Jurispr. Rom. c. 13.* fuit tamen hæc jurisdictionis magistratuum minorum simplex & sine imperio. *l. 32. ff. de iniur.* adeoque multæ irrogandæ facultatem habent non primario & principaliter, uti majores, sed incidenter & per consequentiam ad tuitionem jurisdictionis sibi competentis. Et ita post Aflict. distinxit Peregrinus *l. 4. de iure fisc. tit. 8. n. 29.* Reinking. *l. 2. de regim. secul. & Eccles. cl. 2. c. 17. n. 70.* nam cui jurisdictionis data est, ea quoque concessa videntur, sine quibus jurisdictionis explicari non potest. *l. 2. ff. de iurisd.* Accipienda tamen est hæc generalis assertio cum limitatione: nisi quis lege specialiter legatur prohibitus, ut sunt procuratores & rationales Cæsaris. *l. 2. C. de mod. mult.* Defensores *l. 5. C. de defens. civ.* Duumviri *l. un. ff. si quis ius dic. non obt.* de quibus postea. Curator Reipublicæ. *l. 3. C. de mod. mult.*

io. Cæterum ut rectius intelligamus, quinam hodiernum jus multandi habeant, expedienda est vexatissima illa quæstio; an ius multæ dicenda sit de regalibus? an iurisdictionis? an imperii? Varii variè dissentiant, quorum opiniones in quatuor Classes distinguam: Prima Classis multarum & pœnarum compendia regalibus annumerat per text. *c. un. quæ sint regal. 2. F. 56.* ubi Feudistæ comin. Sixtin. *de regal. l. 2. c. 9. n. 46.* Vult. *l. 1. Feud. s. n. 7.* Dan. Otto *c. 11. regal. 8. p. m. 425.* quo etiam allegant *l. 5. C. de mod. mult. & l. 1. ff. de iure fisc.* ubi habetur, quod multarum severa compendia fisco & ærario principis protinus inferenda sint. Alter Classis multas refert ad merum Imperium Bartol. *ad l. imperium n. 12. de iurisd.* & alii, quos allegat Reinking. *l. 2. de regim. cl. 2. c. 17. n. 59. & seqq.* Imò multam & pœnam quantumcunque levem de mero imperio ultimi gradus esse, præviâ autoritate Bartoli responderunt Argent. *1. Conf. 22. n. 53.* quia ad eos multas pertinuisse dicuntur, quibus publicè iudicium fuit *l. 2. §. fin. ff. de iudic. quive fuerunt cum imperio l. sacrilegi 9. §. ult. ff. ad l. Iul. pecul. l. ult. C. de mod. mult.* Vnde Farinac. *pract. crim. q. 18. n. 46.* scribit, non omnem iudicem, qui jurisdictionem habet, multare posse, sed eum qui est in magistratu & imperio. vid. Alciat. *2. paradox. 7. n. 3.* Tertia Classis multas mixti imperii esse vult, pariter pro se allegans *l. 9. ff. ad l. Iul. pecul.* Treutl. *l. D. 3. 9. 4. lit. e.* Obrecht. *l. 3. de iurisd. c. 24. n. 18.* Ruland. *de commission. p. 1. l. 3. c. 9. n. 8.* & hoc in consideratione fuisse in Camerâ, in causâ Jugelheim contra Wfals attestatur Wehner. *Pract. Obs. verb. Bus.* Quarta denique & ultima Classis multæ dictionem jurisdictionis simplicis esse contendit. Gædd. *ad l. 131. §. 1. nu. 6.*

B 2 de V. S.

97. Jurisdic. non imperio. l. ult. C. de iurisd.

negat hæc l. 1. 42 de imp

Negat. sum qd multa ritate iudic. in gene C. de col. Myrician. l. municipales qui habent, 3. neg. bez non or. l. 1. mul quia pœnal. iud. suam exercere n. mag. sicut iurisdic. licet ab alio d.

29



de V. S. ubi & idem mandari eam posse contendit per l. 5. & 6. ff. de
iurisdictione.

II. Verum nullam modo relatarum opinionum indistincte
asserendam esse, alii rectissime, meo iudicio, animadverterunt; pro
diversitate enim iurium competentium, itemque casuum & causa-
rum, propter quas multa venit imponenda, aliquando eam meri im-
perii, aliquando mixti, interdum simplicis iurisdictionis, nonnun-
quam de regalibus esse, dicendum est, Besold. Thef. pract. verb. Busf.

*Ad merum imperium imponitur multa verum
per d. 6.*

Ad merum imperium referemus multam, quando pro delictis, quo-
rum animadversio est meri imperii, imponitur, Reinking. l. 2. de re-
gim. sec. & eccl. c. 17. n. 66. maxime si poena corporalis pro tali delicto
imponenda mutetur in pecuniariam; eatenus enim verum esse
concedit Treutl. l. D. 3. 0. 4. lit. e. Bartoli dictum, multam quantumvis
levem esse meri imperii. Extra hunc casum vix poterit multa ad ul-
lum meri imperii gradum referri C. I. A. lib. 48. tit. 19. tum quia mul-
ta non est poena. l. 131. §. 1. l. 244. de V. S. quicquid autem poena non est,
ad gradus meri imperii referri nequit, per ea quae tradit Obrecht.
l. 2. de iurisdictione. c. 8. n. 8. & 21. cum seqq. tum quia ius multandi iure ma-
gistratus competit & mandari potest d. l. 131. §. 1. V. S. ubi Gædd. n. 6.
quicquid a. iure magistratus competit & mandari potest, illud ad
aliquem meri imperii gradum referri nequit, arg. eorum, quae ite-
rum tradit Obrecht. l. 2. de iurisd. c. 1. n. 32. n. 46. & lib. 4. c. 5. n. 33.
Ad mixtum imperium recte referri potest multa, si ex causa ad mix-
tum imperium pertinente, aut si pro meri imperii tuitione ac defen-
sione imponatur v. gr. si quis resistat iudici mittenti aliquem in bo-
norum possessionem, vel alio modo mixti imperii executionem
contumaciter vel temere impedire conetur, tum enim iurisdictionem
penali iudicio defendere concessum, & necessum est. l. 1. ff. si
quis in ius voc. non ierit. Reinking. d. l. n. 67.

III. Pertinent multa ad simplicem iurisdictionem, quatenus
sunt civilium delictorum coercitio, kleine oder gemeine Srevel
straffen Meichsner. tom. 2. l. 1. dec. 6. n. 64. f. idq; patet ex eo, quod 0. 9.
diximus: minores etiam magistratus jus multandi habere; inferioribus enim magistratibus multare permissum est favore publica u-
tilitatis, ut facilius puniantur delinquentes, levium enim delicto-
rum tanta est frequentia, ut valde incommodum futurum sit, sem-
per iudicem superiorem propterea adire Argentorat. Conf. 22. n. 54
ubi ostendunt n. 56. mirum non esse, ut una eademque poena diverso
respectu

fisco applicatur, & analogam quæ parti cedit. Hæc arbitro conceditur, illa verò non. Coll. jur. arg. novissimè editum *l. 1. tit. 22. §. 37.* cum Bachov. *1. D. 12. §. 15. lit. 6.* Illud addatur, quod iudex qui multam dicturus est, debeat esse competens. *l. 2. §. 1. si quis in ius voc. non ierit.* incompetenti enim iudici impunè non paretur *gl. in d. l. 2. & in c. veniens vers. propter contumaciam. extr. de accusat.* quia ubi iudex competens non est, deficiente iudicii parte essentiali Wesenb. *7. n. 9. de iudic.* deficit iudicium ipsum.

14. Itidem, an magistratus municipales jus multandi habeant? ambiguae quæstionis est: Resp. Cum huiusmodi jurisdictionalium controversiarum decisionem usus potius, de quo non semper satis liquet, quam Romanæ leges, suppeditet, quæ sæpius à proposito nobis scopo tantum distant, quantum pristinae Romanæ Reipublicæ status ab hodierno abcessit, Besold. *Thes. pract. v. Burgermeister. C. I. A. §. 18. de pænis.* confusionis evitandæ gratiâ duas hæc quæstiones discriminabimus: 1. An municipia apud Romanos jus multandi habuerint? 2. An habeant hodiernum? Et prior quidem quæstio idè neganda videbatur, quia duumviri jurisdictionem suam pænali iudicio defendere non potuerunt. *l. 1. si quis ius dic. non obt. Perez. n. 3. C. de magistr. municip.* Wesenb. *n. 4. C. de mod. mult. & l. 5. C. de defensor. civit.* Verùm negat hæc consequentiam C. I. A. *l. 1. tit. 22. §. 37.* dicens eam continere *μέγα λίαν αἰτιμα*, affirmatque quæstionem propositam cum Cujac. *C. de magistr. municip.* illâ ratione, quia magistratus municipales publicè i. e. jure magistratus sui iudicium habent, neque leguntur multate prohibiti, sicuti defensores. *d. l. 5. C. de defensor. civit.* Distinguo inter magistratus municipales collectivè & distributive sumtos, ut universis quidem hoc jus competuisse dicamus *ex l. 2. §. ult. de iudic. at non singulis l. 3. C. de mod. mult. l. 5. C. de defensor. civit. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp.* multa siquidem conceduntur toti corpori, quæ non singulis speciatim. Quod si verò de hodierno nostrorum municipiorum jure quæramus, non eadem facilitate respondere licet, quia hoc jure cujusque loci consuetudines & statuta inspicienda, quæ mirè variant. vid. Perez. *n. pen. & ult. C. de magistr. municip.* quando enim à Principibus vel aliis Imperii statibus jus civitatis das *Stattrecht* (quod spiritum & vitam municipiorum dicunt Politici, Matth. Stephan. *l. 2. de iurisdic. p. 1. c. 1. m. 2. n. 114. Obrecht. de regal. l. 8. concl. 188.*) municipiis confertur, in conferentium arbitrio positum est jura determinare ac circumscribere.

in den peinlichen anlagen actor intendere possit multam fisco (non sibi) inferendam, reo irrogari C. I. A. l. 48. r. 1. §. 4. Clarus 5. sent. §. fin. q. 1. Goth. ad l. 1. de publ. jud. lit. d. Vnde nescio, quomodo admitti debeat illud Weheneri verb. *Fredel.* effatum, quod *frevel* locum habeat tantum in *bürgerlichen* / in civilibus. Hoc generaliter notandum est, versari multam maximè circa illa delicta & admissa, quibus lege specialis pœna non est imposita l. 131. §. 1. de V. S. cum arbitrio iudicis relinquatur, quod in iure definitum non est l. 1. §. ult. de iure delib. l. 8. §. 3. & 5. de bon. aut. iud. poss. videlicet crimina extraordinaria & arbitraria, nam ubi pœna lege comprehensa est, eâ iudex contentus esse debet. l. 19. de V. O. Habet ergo locum, quomodo aliqua fraus aut culpa commissa est, quæ ex lege, constitutione, Scto edictove non habet publicam vel privatam animadversionem Gædd. ad d. l. 131. n. 5. tunc enim iudicem pro qualitate delicti & conditione personæ, vel carceris vel relegationis, aut pecuniariam pœnam tutò eligere posse & communiter solere, testis est Carpzov. *pract. crim.* p. 3. q. 130. n. 2. & 4. Versatur multa v. gr. circa inhibitionem super momentanea possessione, semper enim eam annecti interdicto de non turbando, tradit Carpzov. p. 3. *decis. illustr.* 199. n. 1. circa contumaciam l. 1. *si quis ius dic. non obt.* & alias causas innumeras, ut ex seqq. plenius patebit.

17. Videamus igitur *subiectum*, quinam scilicet multari possint aut debeant? Et multandi solum illi sunt, quos culpa ingratat l. ult. §. ult. C. de mod. mult. & obnoxios reddit l. 6. pr. eod. pauperesne sint an divites, nihil interest, l. 6. §. ult. ff. de offic. presid. paupertas enim ad delicti excusationem haud facit l. 43. §. 5. de ritu nupt. levius tamen inopes & pro modo facultatum coerceri debent d. §. ult. & si non habent in ære luunt in corpore l. 1. §. 3. de pœn. l. 25. de in ius voc. nimirum carcere aliisque pœnis plectuntur Ord. Cam. p. 1. tit 41. §. ult. Marant. *spec. aur.* p. 6. sub. rubr. *decisoria iudicii* n. 32. locupletes gravius Tiraq. de pœnis caus. 32. n. 1. Nec illud attenditur, unusne deliquerit an plures; nam si plures delictum commiserint, omnes in solidum tenentur & ad multam exolvendam obligantur l. 7. §. 5. ff. de iurisd. adeò ut non sufficiat unum eorum pœnam luere l. 8. d. r. l. 5. §. 3. ff. ne quis eum qui in ius voc. Wesenb. n. 6. in fin. de pœn. Servos multari non posse, stultum est admonere, cum enim nil habeant proprii, sed quicquid acquirunt, dominis acquirant §. 3. *Inst. per quas person.* palam est, pœnam pecuniariam in eos non cadere l. hos accusare 12. §. 4. ff. de accusat. Necesse a. est, ut qui multari debent, sint subditi, quia *Frevel vnd*

C Buisse

29



Visse nemini quis solvere tenetur, nisi cuius dominium agnoscat
Besold. *Thes. pract. verb. frevel.* nam extra territorium jus dicenti im-
punè non paretur *l. ult. ff. de iurisd.* & multæ superioritatis signa sunt
Victor *de exempt. Imp. Concl. 36.* cum tn. præter alios modos forum
etiam sortiamur ratione delicti *c. ult. x. de for. comp.* dubium non est,
quin possit non subditus à iudice loci, ubi delictum perpetratum est
multari *l. ult. ff. de accusat. Nov. 69. c. 1. Carpzov. prax. crim. p. 3. q. 110. n.*
13. Wesenb. C. ubi de crim. ag. op. Idem dicendum est ratione bono-
rum, quæ quis sub alio iudice possidet *c. Romana §. contrahentes. de*
for. compet. in 6. Wes. n. 4. C. de mod. mult. Et cum par in parem impe-
rium non habeat. *l. 4. ff. de recept. arb.* sequitur, collegam à collega
multari non posse. *Wes. d. l. n. 5.* Sedulo a. sibi cavere iubentur iudices
in *l. ult. §. ult. C. de mod. mult.* ne præcipiti persuasione condemnent,
quem culpa non ingravat; iniquum enim est, ut puniatur, qui nihil
admisit. *l. 22. C. de pæn. Argentor. 2. Cons. 57. n. 216.* Ideoque liberi &
heredes noxiorum multâ nullâ afficiendi sunt *l. 20. ff. de pæn.* nam u-
nusquisque ex suo admissio sorti subicitur, nec alieni criminis suc-
cessor constituitur. *l. 26. d. r.* cuius ratio hæc videtur, quia pœna est
æstimatio delicti, ut dicitur in *l. 41. de pæn.* quæ cum exigi non debeat
præterquam à debitore *l. 6. de negot. gest.* utique nec pœna alii, quam
ipsi sorti infligi debet. Petr. Theodor. *Coll. crim. Disp. 10. §. 3. lit. a.*
Quod si tn. delinquenti multa indicta sit, mors ejus non impedit,
quo minus ab heredibus ejus extorqueri possit *l. 22. ff. ad Sc. Syllan.*
Gomez. 3. var. resol. cap. 1. num. 82. mortuo enim reo post sententi-
am, heredes incipiunt teneri ex quasi contractu, utpote sententiâ
celebrato *l. 3. §. 11. ff. de pecul.* possunt tn. heredes appellare, in quâ ap-
pellatione si dicatur: malè appellatum & benè iudicatum, multam
exolvent; si contrâ, nil præstabunt, Rebuff. *ad l. 244. de V. S.* quod ita
in praxi servatur, teste Boer. *decis. 64.* quod & procedit, si lis cum de-
functo sit contestata super delicto civiliter intentato *§. 1. Inst. de per-*
pet. & temp. act. l. 164. de R. I. l. un. C. ex del. defunct. ob dictam rationem
ex *l. 3. §. 11. de pecul.* petitam, nam & per litem contestationem quasi
contrahitur, v. *l. 34. de iudic. l. 58. de O. & A.* Carpzov. *prax. crim. p. 3. q.*
141. n. 4. Item *quest. 131. n. 7. & seqq.* Dixi civiliter, nam in publicis & cri-
minalibus non sufficit litem esse contestatam, sed insuper requiri-
tur, ut condemnatio secuta sit *l. 20. ff. de accusat.* Exigi etiam poterit
multa ab heredibus, si ipso iure sit imposita *arg. l. 14. ff. de publican. l.*
22. ad Sc. Syllan. c. ad aures 10. & c. in quibusdam 12. x. de pœnis. Ignorans
porro

29

porro multari non debet, Argentor. 2. Conf. 57. n. 199. pœnæ enim adversus scientes paratæ sunt l. ult. ff. de decret. ab ord. fac. & ignorantiam obligari non volunt legislatores l. 3. C. de tabular. u. 69. l. 8. ff. de his qui not. infam.

18. Iam in specie quosdam, qui animadversione pecuniaria vel à lege vel à iudice coercentur, annotemus. Inter quos eminent contumaces, qui iudici edicenti vel præcipienti obedientiam debitam malitiosè denegant, præterquam enim quod variæ pœnæ aliæ in contumaces jure sint proditæ, de quibus vid. C. I. A. noviss. edit. l. 2. t. 2. §. 22. & seqq. etiam multæ indictione puniri solent. l. un. si quis ius dic. non obt. (quam ad multæ dictionem pertinere verius est, per argumenta allata à Wesenb. ad d. 1. n. 3. & 4. quamvis ipse d. l. in fine eam sententiam deserere videatur) l. 2. §. 1. si quis in ius voc. quæ multa crescit, crescente contumaciâ c. 2. x. de testib. cog. Gail. 1. Obs. 113. n. 16. add. c. 10. x. de iudic. Posse etiam reum citari sub comminatione certæ multæ de jure civili, ait Clarus. sent. §. fin. q. 31. n. 3. vers. item quero. Carpzov. 3. decis. illustr. 209. n. 19. quamvis id de foro Saxonico procedere ibid. neget, quia sat gravis sit pœna contumaciæ, amissio causæ n. 13. Verùm sciendum est, quod multa non irrogetur nisi ob veram contumaciam, fictus enim contumax multari non potest Dd. comm. in l. 1. si quis ius dic. non obt. Marant. spec. aur. part. 9. tit. contumacia n. 9. Argentor. 2. conf. 57. n. 5. Deinde ob contumaciam propriam non alienam; non enim potest multari dominus ob contumaciam procuratoris. Bart. l. eum qui res n. 5. C. de procur. Item in criminibus non posse multari contumacem, tradit Bajard. ad Clar. d. l. n. 21. quia non præsumitur non comparere ob contemptum iudicis, sed ob metum carceris, & quia etiam sine scelere recusat in discrimen venire. Non autem solum contumaces, sed & jurisdictionem turbantes vel impediunt, vel de quibus timetur, ne præcepto iudicis sint parituri, multari possunt, ut post Bart. in l. un. si quis ius dic. docent Argentor. 1. conf. 11. n. 48. multa enim, ut ait Bossius pract. crim. tit. de multis n. 8. est unū de remediis, ut inobedientes pareant Wesenb. n. 6. C. de mod. mult. Menoch. de arb. iud. cas. 438. n. 24. vid. l. 9. §. cum eo ff. ad l. Iul. pecul.

19. Injurius propter os fractum L. 12. tabb. viginti quinque assibus multabatur Gell. 20. N. A. 1. quod quidem tum temporis, tanquam in magnâ veterum paupertate, satis videbatur grave & acerbum §. 5. Inst. de injur. Postea tamen auctâ monetâ, & ad lasciviam eâ abutente L. Neratio homine improbo (qui pro delectamento habebat



bat os hominis liberi manus suae palmam percutere; cum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans, & quemcunque depalmaverat, ei numerari statim *sec. 12. tabulas 25. asses* jubebat) hac poena est abolita, & permissum à pratore iis, qui injuriam passi sunt eam aestimare, ut iudex vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus aestimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. *d. §. 5. de iniur.* nam iudex aestimationem ab actore factam moderari & temperare debet ex bono & aequo, pro ratione circumstantiarum, quae augent minuuntve iniuriam *l. 7. §. ult. de iniur. §. arro. Inst. eod.* ut hac in re maximè arbitrium iudicis, quo ad multam irrogationem, habeat locum, quò non solum fervor iracundi & ambitiosi aestimatoris reprimatur, sed & temeritas procacitasque iniuriantis competente multa coerceatur.

20. Temerè litigantes pecuniariam etiam poenam coerceri solent, *pr. I. de poen. tem. litig.* cum enim Reipublicae interfit lites minui *l. properandum 13. C. de iudic.* Carpzov. 2. Respons. 4. n. 8. & 3. resp. 19. n. 3. magnam semper curam egisse eos, testatur Imperator *in pr. de poen. tem. lit.* qui iura sustinuerunt, ne facile homines ad litigandum procedant, neve rixis vanisque litium processibus à magis necessariis avocentur, aut frustraneis expensis ad paupertatem redigantur *c. finem 5. de dolo.* Carpzov. *Iurispr. forens. p. 1. const. 1. def. 1.* Et quandoquidem verecunda eius cogitatio, qui lites execratur, tantoperè laudatur *in l. item res 4. §. 1. ff. de alienat. iud. mur.* meritò vituperanda est eius impudentia & audacia, qui temerè & per calumniam, vexandi tantum adversarii gratia ad tribunal profilit, & iudiciorum autoritate ad improbitatem suam abutitur *c. r. de calumniat.* Rectissime igitur & quod officii sui est, iudex agit, qui fomenta & occasiones litium tollere omnibus modis studet *l. 21. ff. de reb. cred. l. 13. §. 3. vers. aequissimum. ff. de usufr.* & ne iudicialis evanescat autoritas, litigantium improbitatem dignam adversione coercet *c. dilectus 11. extr. de poenis.* Similiter cum temeraria appellantium audacia refrananda sit, ut loquitur *c. quamvis 10. de elect. in 6.* varias poenas frivole appellantes sustinent. Iure civili tres poenae proditae sunt: prima est multa 50. aureorum *in l. ult. C. quorum appell. non recip.* altera est extraordinaria & arbitraria *l. eos §. non temerè C. de appellat.* tertia denique infamia *in l. 19. C. eod.* Cum autem ob unum delictum non sint plures poenae infligendae *l. 24. C. de poen.* distinguit Marant. *Spec. aur. p. 6. rubr.* Et quandoque appellatur n. 346. ut illa irrogetur, si appeller frivole

27. Num. 3

107.

frivolè ab interlocutoriâ: Ista, si appellet à definitiva & appellatio fuerit recepta: hæc si non fuerit recepta. Iure Canonico injustè appellantem solummodo condemnari in expensas vult *gl. & Dd. in c. 2. de appellat. Wesenb. w. n. 11. de appellat. per c. 26. extr. eod.* quod & Saxones servare ibidem testatur. In Camerâ Imperiali frustratoriæ appellationis pœna arbitraria, & ad minimum decem marcarum argenti est. *Denais. Iur. Cam. verb. appellatio temeraria.* In aliis judiciis multa est arbitraria. *Wesenb. d. l. Perez. n. 9. C. quor. appell. non recip.* Hi & alii plurimi inter nobiliora multæ subjecta numerari possunt, quos singulatim persequi foret infinitum.

21. *Forma & modus multarum* consistit in arbitrio iudicis competentis (requiritur enim iudicis competentia, & ut non excedat metas suæ jurisdictionis *Bartol. in l. 2. §. item. si ff. si quis in ius voc.* & indicatum est supra *θ. 17.*) qui secundum qualitatem rerum & personarum eas imponit; non enim potest vocari multa, nisi sit imposita, *Rebuff. ad l. 131. §. 1. de V. S.* cum non imponatur ipso jure sed per sententiam, ut post *Salicet. notant Argentorat. 1. Conf. 2. n. 211.* Non tamen putent iudices, factu facile esse (ita loquitur *l. ult. §. fin. C. de mod. mult.*) ut præcipiti persuasione condemnent, sed causâ cognitâ & auditâ parte, quo possit defensiones suas opponere, *Perez. n. 4. C. d. t. Wesenb. n. ult. eod.* hoc enim nosse debent, non ideo arbitrium hoc sibi concessum, ut affectibus & avaritiæ suæ indulgeant, *Oldendorp. class. 1. act. 2.* pœnas enim pecuniarias mediocres esse, vult *Imperator in Nov. 134. c. 13.* Et excessivæ multæ nullo jure probantur. *Winter. Parth. litigios. l. 1. c. 14. n. 3.* credant enim, melius se propter misericordiam rationem reddituros, quam propter severitatem *c. allegantem 20. q. ult. vid. Nov. 8. c. 8.* cum in causis levioribus proniores ad lenitatem esse jubeantur *l. 11. ff. de pœnis.* Non itaque statim in omni re multam debent indicare, nec propter quamlibet v. gr. contumaciam interpretari, contentam esse jurisdictionem, sed aperta debet esse puniendi ratio *arg. l. 39. pr. ff. de recept. arb.* quamvis *Besold. Thes. pract. v. freventlich.* tradat fieri solere, daß man einen offenders mit einer Frevelstraff anzusehen pflegt / wann schon kein verus dolus erwiesen. Quoscunque igitur iudices cognoscendi & pronuntiandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habitâ post negotium, sententias ponderatas formare, congruum est *l. 2. C. de sent. ex- peric. recit.* Tum autem demum iudicis potestas est, quantam dicat multam, si lege non est constitutum, quantam dicat *l. 244. in fin. de V. S.*

C 3

de V. S. nam quibusdam magistratibus certæ summæ sunt præstituta, ad quas usque multare possunt, *in tit. C. de mod. mult.*

22. Illustres Iudices, qualis est præfectus Prætorio, ad 50. librarum auri multam, cum peccatum gravissimum est, pervenire potest *l. 4. C. de mod. mult.* Spectabilibus ultra tres auri unicas licentia denegata est *l. 6. §. 2. d. t.* Proconsul tamen, ut & Comes Orientis cum Præfecto Augustali ad senas unicas potestatem habent *d. l. 6. §. 1.* Illi, qui ordinario jure provinciis moderantur h. e. Præsides Provinciarum, ultra duarum unciarum summam condemnare non possunt. *d. l. 6. pr.* Iudices delegati, si sint illustres, usque ad 6. solidos; si minores, usque ad tres tantummodo aureos multare possunt *l. 3. C. de sportul.* Hic tamen modus non pertinet ad sacrilegos, fures & alios huiusmodi graviorum criminum reos, quos coerceri severius convenit *d. l. 6. §. 5.* Cæteroquin si quis prædictum modum excesserit, ad dupli restitutionem condemnato, fisco verò ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixit, tenetur *d. l. 6. §. 4.* & à tali sententiâ modum excedente provocare non est opus, cum ipso jure nulla sit *l. 5. C. quand. prov. non est nec.* quod igitur dicitur, multam esse arbitrariam, id horum magistratuum seu iudicum respectu intra non supra modum concessum intelligendum est, Rein-king. *l. 2. de regim. cl. 2. c. 17. n. 73.* Hodie tamen consuetudine obtinuit, ut quantitas prædicta non observetur, & proindè permittatur iudicibus ac magistratibus, ut suo arbitrio pro qualitate delicti ac personarum multent, prout testantur Bossius *pract. crim. tit. de mult. n. 9.* Perez. *n. ult. C. de mod. mult.* Wesenb. *n. ult. eod.* Maranta *spec. aur. p. 4. dist. 5. num. 74.* quod effatum de iudicibus superioribus ordinariis accipio, nam iudicum inferiorum & delegatorum potestatem quandoque limitari, & ad certam quantitatem restringi, experientia, & quorundam locorum praxis comprobatur.

23. Ne autem quispiam existimet, propterea hodie iudicum potestatem & arbitrium in multando infinitum esse, sciendum est, si in præcepto iudicis multa adiiciatur inconsueta & alioquin intolerabilis, tale mandatum repudiari posse, Oldend. *class. 1. act. 2. vers. unde si.* quia multæ insolitæ fraudem arguunt, ut ex *l. 8. ff. de cond. inst.* quidam colligunt. vid. *Barbos. locuplet. ax. 2. de insolito.* & multa insolita, quæ contra communem stylum & consuetudinem irrogatur, iniusta censetur, ut post alios scribit Bossius *tit. de mult. n. 13.* & habet additio ad *Clar. §. fin. q. 31. n. 27.* unde & à multâ appellare permittitur, *l. 6.*

D. 77. n. 3

111
102

l. & in multis 25. C. de appellat. Distinguendum porrò est inter iudices maiores & minores; Illi magnas possunt infligere multas, hi solummodò parvas, iuxta Ferrariens. *in pract. sub tit. Forma inquisitionis.* Illud etiam constitutum est, ne multa nisi ter in uno anno, in una persona & eodem delicto continuato repetatur *l. ult. §. 3. C. de mod. mult.* quod iudices nostri temporis parum servant, qui cum multas pro quæstu iurisdictionis habeant, terdenas quam ternas infligere malunt. Quod si quis eorum rapacitatem & avaritiam excusare velit per *c. 1. extr. de pæn.* ubi iubentur iudices ea, quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti sententiâ condemnare, ei respondebo primùm, regulam *d. cap.* generalem non tollere specialem *d. l. ult.* circa multam dispositionem & exceptionem, nulla enim est necessitas, ut eam præcisè de multâ accipiamus, potest quippe aliâ qualicumque pœnâ delictum iterans coerceri; deinde animadvertendum est, loqui *d. cap.* de pluribus & diversis delictis arg. vocis *iterantur*, item de diversis pœnis, diversum effectum respicientibus, ubi una alteram non consumit, Marant. *spec. aur. p. 4. dist. 1. n. 20.* sed *l. ult. §. 3.* loquitur de delicto eodem continuato, ibi: *si ad id continuatio peccati impulerit*, aliàs nova delicta novis sunt coercenda pœnis, absurdum enim esset, ut qui v. g. non obediisset in tribus levibus causis, & fortè in multas exiguas esset condemnatus, toto reliquo anno impunè contumax esse possit. Rebuff. *ad l. 131. §. 1. de V. S.*

24. Quid ergo juris est, si propter peccati continuationem multa fuerit duplicata vel triplicata? Fingamus, citatum quem fuisse sub pœna decem aureorum, quæ postea citato non comparente fuerit duplicata ad viginti aureos, & tandem adversus eum in contumacia perseverantem, multa 30. aureorum constituta sit, num omnes simul multas & in summa 60. aut maximam saltem, videlicet 30. aureos solvere tenebitur? Prius videbatur dicendum per regulam vulgatam, plura delicta pluribus pœnis, non unâ coerceri. *l. nunquam plura 2. ff. de privat. delict.* Clar. *s. sent. §. fin. q. 54. n. 2.* singulisque delictis singulas competere pœnas *l. 11. §. 2. de serv. corrupt. l. 60. de O. & A. Goth. ad. d. l. 2. de priv. del.* & quod propter delictorum reiterationem pœna semper sit augenda & multiplicanda *l. 28. §. 3. & 10. ff. de pæn. l. 3. vers. his ego C. de episc. aud.* in contumacia enim persistentibus iudicem severum esse convenit *c. quanto 2. q. 4.* Magis tamen est, ut posterius amplectamur *arg. l. 34. ff. de O. & A. & l. 53. eod.* ubi habetur, plura quidem delicta in una re plures admittere actiones

nes, sed non posse nos omnibus uti, sed una tantummodo, nisi quid
amplius in altera sit: unde illud natum est axioma, quod pœnarum
cumulatio non admittatur, nisi in id quod plus est in una, quam in
alia *l. i. ff. de vi bon. rapt. l. 32. ubi gl. verb. obtinuit de O. & A.* quando au-
tem maior multa dependitur, id quod in reliquis est, omne præsta-
tur. Adde quod pœna maior minorem regulariter absorbeat, ut tra-
dunt Damhoud *prax. crim. c. 77. n. 4. Clar. 5. sent. §. fin. q. 84. vers. alius est*
casus. Et si penitus rem consideremus, licet citatus sæpius emanse-
rit & contumaciã contumaciam cumulaverit, non tamen plura, sed
unum tantum crimen perpetravit, scil. inobedienciã, in quo perse-
veravit Carpzov. *p. 3. decis. illustr. 209. n. 30. & 31.* non igitur nisi una
obtinebit pœna, ne pro delicto uno plures infligantur pœna, atque
ita justa inter pœnas & delicta tollatur proportio, quod fieri non
debet, quia pœnas delicto commensurari oportet *l. 31. ff. adl. Corn.*
de fals. l. 11. pr. l. 13. ff. de pœn. Exigere igitur debet iudex multã in ultimã
citatione expressã, quæ ratione quanti priores superat, & in se con-
tinet, ut actus contumaciã non solum priores, sed & ultimus vindi-
cetur Carpzov. *d. decis. 209. n. 36.* ubi rationem addit hanc, quod iudex
maiorẽ multam comminando, à prioribus summã minoris recess-
sisse videatur *arg. l. 21. ff. de manumiss. test. l. 47. de hered. inst. l. 18. de V. O.*

25. Nec obstat, quod supra dicebatur, plura delicta pluribus
esse pœnis coercenda, pœnamque unam non consumere alteram:
tripliciter enim responderi potest 1. negando eum, qui sæpe cita-
tus non comparuit, delictum multiplicasse, in uno enim delicto sc.
contumaciã perseveravit, per ea quæ dicta sunt *ð. præc.* non ergo po-
terit iudex pœnas contumaciã ex perseveratione cumulare. 2. Pro-
bè notandum est, prædictam regulam procedere in delictis mo-
mentaneis, non in successivis (quale est contumacia perseverans)
in quibus non nisi unica pœna venit irroganda, quod Interpretes
illustrare solent exemplo adulterii, cum eãdem personã sæpius re-
iterati; Licet enim quis cum aliena uxore pluries rem habuerit,
adeoque plura videantur esse adulteria, pro unico tamen duntaxat
reputatur, adeoque unicã tantum pœnã continuatio ista punitur
Reufner. *2. decis. 20. n. 3.* Carpzov. *d. decis. 209. n. 33.* Imò (3.) sæpè ac-
cidit, ut plura delicta etiam diversi generis eodem tempore com-
missa ad unum eundemque effectum tendant, ubi majus delictum
minus absorbere dicitur, ut una tantum pœna irroganda sit maioris
scil. delicti, v. gr. Vulnerans & occidens tantum de homicidio tene-
tur,

27. 27. 27. 3
#7
103
29

tur, nequaquam vero punitur de homicidio & vulnere, Damhoud.
prax. crim. c. 77. n. 4. Si igitur hoc indelictis diversi generis obtinet,
multo magis in eiusdem generis criminibus continuatis obtinebit.
Addamus hoc loco, quod pro singulari cautela quidam tradunt,
iudicem non posse reiterare multam, nisi primam exactam, idque cen-
tum ducatis valere, dicit Speculator. *tit. de contumac. §. fin. vers. sed*
pone. Ego verò hanc observationem vix obulo dignam crediderim,
cum tota multarum exactio posita sit in arbitrio apparitorum, so die
frevel pflegen einzufordern, qui dum ipsis videtur, emendas exigunt;
horum igitur exactorum tarditas & negligentia, iudici præjudicare
non debet, quo minus ex causa ad aliam multam possit procedere.

26. Huic affinis est disquisitio: *An in multis fieri debeat coacer-*
vatio? v. gr. fingamus cum Peregrino *l. 4. de iure fisc. c. ult. n. 31.* statu-
tum esse Paduæ, ut qui condemnatus fuerit in 50. libras auri, possit
impunè interfici, & quendam 30. & 30. libris multatum esse, an is pe-
riculo statuti subiaceat? Et Peregrin. *d. l. ex mente Dd.* tribus con-
clusionibus rem expedit, quod 1. quando condemnationes sunt di-
versæ & pro diversis delictis, tunc cumlatio nulla fuit. 2. quando
condemnatio est una in summis diversis & diversis delictis, adhuc
coacervatio cesset. 3. quando pro uno delicto per unam senten-
tiam quis in diversas summas condemnatur, tunc coacervatio pœ-
narum fiat, quia una est sententia *l. 10. §. 1. de appellat.* Quod si tres
pro eodem delicto ad centum condemnati sint, quilibet eorum pro
virili portione condemnatus censetur *l. 1. c. si plur. un. sent.* quare uno
cessante partem suam solvere, iudex non potest ab alio solidum exi-
gere, nisi nominatim in sententia expressum fuerit, quod quilibet in
solidum teneri debeat, id autem tum demum fieri posse, cum in so-
lidum quilibet conventus est, tradit Rebuff. *ad l. 131. §. 1. de V. S.* per
l. ut fundus 18. ff. commun. div. ubi dicitur, potestatem iudicis excedere
non posse id, quod in iudicium deductum est. Illam tamen regulam
in criminalibus non procedere volunt Dd. vid. Mynsing. 4. *Obs. 81.*
Distinguendum esse arbitror, an agatur ad vindictam publicam; an
ad commodum partis: ut illo casu, si pœna sit fisco inferenda, sem-
per liberum sit iudici in plus vel minus condemnare; hoc verò ca-
su, ubi v. gr. actor ob iniuriam sibi illatam 50. aureos à reo sibi solvi
petit, putem, posse iudicem hanc æstimationem iniuriæ moderari
pro ratione circumstantiarum, sicut & in libello clausula hæc adiaci
solet: *jedoch richterliche Ermässigung vorbehalten* / ultra tamen 50.

condemnationem extendere non debere, cum nulla ratio suadeat, ut iudex actori plus tribuat, quam petiit. Porro ad formam pertinet citatio, nam eam ad multæ impositionem requiri per *c. veniens. §. fin. de accusat.* tradit Gail. *l. O. 134. n. 10.* ratio est, quia præceptum iudicis pœnale non statim continet condemnationem, sed tantum comminationem de condemnando, si præcepto non pareatur. Et ideo de novo citandus est reus, ut videat se declarari in pœnam comminatam, vel alleget causas, cur in eam condemnari non debeat, Clarus *§. fin. q. 44. n. 9.* Et ita in praxi servari, Gail. *d. n. 3.* scribit. Denique etiam debet sententia ex scripto proferri & recitari *l. 6. §. 5. in fin. C. de mod. mult. fac. l. 1. C. de sent. ex peric. recit.*

27. Finis (uti cæterarum pœnarum ita &) multarum est bonum & tranquillitas reipublicæ *l. 51. §. 2. ff. ad l. aquil.* quam omnes leges intendunt, dum non sinunt crimina coalescere, sed coercent variis pœnis, quarum metu futurum est, ne quis temerè ad delinquendum profiliat *l. 14. C. de pœnis.* nam quos ad observantiam iurum virtutum præmia non inducunt, eos pœnarum formidine à temerariis ausibus refrænari oportet. *Clem. 3. de pœnis.* Et quamvis pœnæ finem suum non semper assequantur, multa imprimis, quæ nonnunquam (quod dolendum) quibus debebat esse obex, ad peccandum illex fit, quemadmodum L. Neratii supra *θ. 19.* ex Gellio *20. N. A. 1.* memorati, consimiliumque improbitas documento est, omnium tamen seculorum experienciâ compertum est, mortales auri sacrâ fame laborantes, semper id ægerrimè tulisse, si bonis & pecuniâ multarentur, cum, ut non nemo scitè dixit, alter hominis sanguis sint, & causa bonorum atque vitæ comparari solet *arg. l. advocati 14. C. de adv. div. iud. Obrecht. 2. Feud. 10. n. 78. Reinking. l. 1. de regimine cl. 2. c. 8. n. 100.* Eò igitur multæ collimant, ut subditi in re sibi tam charâ & necessariâ correpti in officio contineantur atque emendentur *l. 20. ff. de pœn. c. prodest. 4. conf. 22. q. 5. c. gaudemus. extr. de convers. coniug. contumaces ad obedientiam cogantur l. un. si quis ius dic.* Magna igitur, autore Caio, suadet ratio, ut pœnæ ob maleficia solvantur *l. 70. §. 5. ff. de fideiussor.* nimirum vigor disciplinæ publicæ id postulat *l. 9. §. 5. ff. de public. & vestig. & æquitas seriò suadet l. questum 10. ff. de sepulchr. viol.* ne scilicet crimina impunita coalescant *l. per omnes C. de defensor. civ.* quandoquidem maxima illecebra peccandi impunitatis spes est. Cic. *pro Milon.* & ut loquitur *c. 3. & c. 5. extra vag. comm. de pœnit. & remis.* veniæ facilitas peccandi tribuit incen-

incentivum, quia homines malitiosi veteris delicti impunitatem non tam emendationi, quam consuetudini deputare solent. *text. in l. nemo 3. in fin. C. de Episc. aud. vid. c. est iniusta 33. c. 23. q. 4.*

28. Effectus multarum varii sunt, inter quos primo loco notandus est is, quod multa damnum pecuniæ inferat, non famæ *l. 1. C. de mod. mult.* nisi quis sit condemnatus ad multam ex famoso crimine v. gr. furto, homicidio & similibus, tunc enim infamiam sine dubio adfert. *Rebuff. ad l. 131. §. 1. de V. S.* non enim potest iudex facere, quin furti damnatum sequatur infamia *l. non poterit 63. de furt. Paul. 2. sent. 31. §. 14.* quod ita accipiendum, si dicat iudex: condemnate in duplum vel quadruplum sine nota infamiæ; nam si iudex majorem pœnam substituat infamiæ, existimatio condemnati salva manet, quia gravior pœna ultra legem imposita existimationem conservat *l. 13. §. 7. ff. de his qui not. infam.* Supremas tamen Curias in Gallia simpliciter condemnare posse sans encourir aucune note d'infamie, *Rebuffus d. l. arresto confirmat.* Sciendum etiam est, quod à multa appellare sit permissum *l. & à multis C. de appellat.* idque crebriore calculo in Camera obtinuisse scribit *Mynsing. 3. Obs. 43.* declarat tamen hanc sententiam *4. Obs. 41. n. 4.* procedere, si multa non succedat in locum pœnæ corporalis, tum enim appellari ab ea non posse, quia inveterata per Germaniam consuetudine receptum sit, in criminalibus causis capitalibus, *in peinlichen Sachen / die Leibstraff auff sich tragen /* illicitas esse appellationes ad Camera *ordin. Cam. part. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch. Gail. 1. Obs. 1. n. 27. Wurmser. tit. 24. Obs. 18.* (quod tamen est contra jus civile commune, ut apparet ex *l. & in maioribus C. de appellat. l. addictos C. de episc. aud. Auth. Hodie C. de appellat. Clar. §. fin. quest. 94.*) Ratio autem eius, quod à multæ irrogatione provocare liceat, hæc esse videtur, quia, cum arbitrio iudicis veniat, iudex malè arbitrari, modumque excedere avaritiæ vitio aut inconsulta facilitate potuit *l. ult. §. ult. C. de mod. mult.* Sequitur igitur pendente appellatione multam non posse exigi, donec prima sententia fuerit confirmata vel in rem judicatam transferit *l. 244. de V. S.* Si verò quis eam dixerit, cuius non est, nulla provocatione opus est, cum dictio nulla sit *dict. l. 244.* ab eo enim quod nullum est, nemo appellare debet *c. dilecto extr. de appellat.*

29. Potest etiam pœna pecuniaria in corporalem verti, si multatus non est solvendo, *Clarus §. fin. q. 95. n. 2. Menoch. arbitr.*

D 2

cas.

Qui. 27. num. 3

#3
104.

29

LIBRARY



cas. 447. n. 9. (nam si est solvendo, & tamen malit subire pœnam corporalem, non est audiendus Clar. d. l. n. 7.) ne is, qui inopiâ sententiam elusit, omnem pœnam evadat l. 1. in fin. ff. de pœn. l. ult. de in ius voc. l. 7. §. 3. de iurisdic. ut adeò vulgatum illud hic locum inveniat: qui non habet in ære, luat in corpore. Goth. in d. l. 1. de pœn. Quod si tamen multa parti sit applicanda, non potest commutari in corporalem nisi actore consentiente, in cuius manu est expectare debitorem suum, præstita cautione juratoria, se soluturum, si ad piguorem fortunam pervenerit, ut Bajard. ad Clar. d. l. & Rebuff. ad l. 131. §. 1. de V. S. annotarunt, quæ sententia mitis est, & probari videtur ex l. ult. ibi: ex querela ff. de in ius voc. alii tamen eam repudiant eo nomine, quod ubicunque in defectum provisionis hominis succedit provisio legis, illud remedium per hominem privatum tolli non possit arg. l. nemo potest ss. de legat. 1. Solet insuper regula prædicta, qui non habet in ære & c. variè limitari, quod procedat in personis vilibus, non egregiis & nobilibus Bartol. in l. 1. in fin. de pœn. quam fallentiam in specie etiam de Doctoribus tradit Walther. de privilegi. Doct. c. 17. §. 125. & de officialibus, qui condemnantur in Syndicatu, Clarus d. l. n. 3. ubi de his id in praxi servari testatur, quod detineantur in carceribus, donec solverint. Limitant etiam, eam non obtinere in multa, quæ extraordinariè à iudice irrogatur, illam enim remittendam esse ob paupertatem ex l. illicitas 6. §. ult. de offic. pres. colligitur. Quid verò, si reus in pœna exolvenda in uno nummo deficeret? ad huc cum in corpore luere debere volunt arg. l. stipulationum 5. §. si sortem ff. de V. O. quasi qui in uno peccat, omnium reus sit c. desleat de R. I. & nil fecisse dicatur, cui ad agendum aliquid superest per l. pen. C. de his quib. ut indign. Et hæc opinio quamvis sit dura, cum tamen sit communis, non esse ab ea in iudicando recedendum, post Gomes. in §. pœnales n. 38. de act. ait Clarus §. fin. q. 95. n. 6. An autem condemnatus in pœnam pecuniariam bonis cedendo possit evitare pœnam corporalem, quarunt Interpretes? Et Clarus d. l. n. 5. proponit negativam, eamque dicit communem. Contra Rebuff. affirmat, dummodo ex crimine non sit imposita, sed v. gr. ob frivolam appellationem, aliamve culpam minorem; quæ sententia humanitatem præ se fert, cum cessionis beneficium sit admodum favorabile. Dd. in §. ult. Inst. de act.

30. Multam, quando semel dictata est, non facilè posse remitti, nisi ob paupertatem, constat ex l. ult. §. ult. C. de mod. mult. & dicemus

27. 27. 27. 3

~~114~~
103

cemus infra, ubi de contrariis agemus, posse tamen eam mutari ac
minui dubio caret. Nam cum modus multandi hodie sit arbitrari-
us, poterit iudex pro ratione circumstantiarum pœnam nimis enor-
mem, si forsan rigor & severitas eam extorserit, negligere, aliam
que mitiorem irrogare, ne reus omnibus exuatur facultatibus, sed
ut multa debito pariter ac rei facultatibus correspondeat. *l. perspicu-
endum 11. pr. l. hodie 13. ff. de pœn. l. 14. §. 1. ff. de incend.* Carpzov. p. 3. *decis.
illustr. q. 209. n. 38. 39.* Nótandum autem est, quod quamvis multa
tum demum locum habeat, ubi pœna lege non est imposita *l. 131. §. 1.
de v. s.* & in pœnis sufficiat etiam minimam exolvi *l. quod senatus 6.
ff. de iniur.* per multæ tamen impositionem extraordinariam non
tollitur pœnam lege statutam ordinariam, tenent Bald in *l. 12. n. 4. C. de
testib.* Bartol. in *l. ancilla n. 21. C. de furt.* Argent. *1. Conf. 11. n. 157.* quod
procedit quando extra ordinem minor multa exigitur, quam deli-
ctum meretur; Secus autem est, si multa extraordinaria pœnæ par sit,
ut ex Wesenb. *1. Conf. 43. n. 109.* notatur in Barbof. locuplet. *l. 11. c. 64.
axiom. 3.* Ille effectus multarum elegans & utilissimus est, quod mul-
tæ sint signa superioritatis & subjectionis, possessionemque juris-
dictionis denotent Besold. *Thes. pract. v. Grevel.* ut adeo quis se multis
annis multas inflixisse, earumque compendia percepisse ostende-
rit, possessionem jurisdictionis probasse videatur vid. Gilman. *tom. 1.
p. 1. tit. 2. vot. 1. n. 126.* nam multas jurisdictionis fructus esse, commu-
ni ore perhibent Carpzov. p. 3. *prax. crim. q. 109. n. 41.* Wesenb. *n. 6. C.
de mod. mult.* quos magistratus à contumacibus capere & auferre so-
lent Dd. in *l. un. ff. si quis ius dic. non obtemp.* Damhoud. *prax. civ. c. 217.*

31 Cum itaque multæ jurisdictionis fructus dicantur, con-
venienter inquiremus, cui acquirantur atque applicentur. In *l. 5. C.
de mod. mult.* traditur regula & exceptiones. Regula est, multarum
severa compendia fisco esse inferenda, quia juxta sanctionem Fride-
rici Imperatoris *c. un. que sint. regal. 2. F. 56.* inter regalia fisci refe-
runtur. Exceptio est, nisi iudex id, quod ad pœnam admissi facinoris
ex sculpitur publicis operibus *l. 2. C. de aleator. vel cursui publico,* vel
aliis necessariis causis deputaverit *d. l. 5.* vel pauperibus erogaverit,
quod de iis multis, quæ à Clericis extorquentur, constitutum est in
l. 2. C. de Episc. aud. Verùm hæc *lex 5.* hodiè non usquequaque obti-
net, nam ubique fere locorum hodie multas pecuniarias inferiori-
bus magistratibus applicari videmus. Carpzov. p. 4. *Jurispr. forens.
Const. 10. defn. 9. n. 3.* ut adeo magistratus & iudices, quoad hoc in fisci

locum successisse videantur. Non tamen indistinctè fisco multa applicantur sed quandoque parti. Quando quis extra ordinem pœna pecuniariâ plectitur, non alii nisi fisco applicari potest, juxta *d. l. s. C. de mod. mult.* quod si verò quis ordinariè in judicio mulctetur, aut lege definitum est, cui debeat deferri pœna, fisco an parti, eamque hoc casu sequimur *l. ult. ff. de term. mot. l. ult. ff. de litigios. l. 3. C. de assessor* quia in his maxima potestas legis est, cui servire debemus. *Peregrin. l. 4. de iure fisc. tit. 8. n. 4.* aut lex non exprimit, ut dubitetur, cui pœna sit applicanda, quo casu in popularibus parti petenti debetur *C. I. A. noviss. edit. 9. 55. de iurisdic. Wefenb. n. 4. si quis. ius dic. non obtemp. fin.* quamvis quidam contendant, pœnam actionibus popularibus exactam inter actorem & fiscum esse dividendam vid. *C. I. A. 9. 9. de popular. act.* Sed ulterius distinguendum est: an agatur civiliter, an criminaliter? Illo casu, quando actor persequitur suum interesse, ei pœna adjudicatur in solatium, quæ iudicij videbitur sufficiens *§. 10. ubi Interpp. Inst. de iniur. l. ult. ff. de litigios.* Hoc verò casu, ubi ad vindictam publicam agitur, & nullum privati interesse vertitur, pœna fisco cedit *l. 9. §. quod illicite 5. ff. de publican. & vectig. eoque maxime pertinere existimo l. 5. C. de mod. mult.* Iure igitur magistratum iniquitatem reprehendit *Rebuff. ad l. 13. §. 1. de V. S.* qui parti læsæ minimum, fisco verò, cui nil est ademptum (vel sibi) maximam adjudicant mulctam, cum contrarium eis agere meritò incumberet.

32. Non alienum est ab hoc loco meminisse, fiscum in multis exigendis nullum habere privilegium adversus creditores condemnati, sed omnibus succumbere, sive hypothecarii sint sive quicumque alii *l. un. C. pœnis fiscal. credit. præf. l. 17. ff. de iure fisc.* quippe non possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus super futura sunt, id enim bonorum cujusque intelligitur, quod ari alieno superest. *l. 11. d. t. l. 72. de iure dot.* Quid verò, si uterque, fiscus & privatus, sit creditor ex maleficio? v. gr. reus condemnatus est in mille, ut solvat 500. fisco & 500. privato offenso atque læso, non autem est solvendo nisi in 500. an fiscus totam summam auferet, an verò privatum ad partem admittet? Prius dixit *Baldus in l. rescriptum pr. ff. de pact. Neguzant. p. 2. memb. 4. n. 115. de pignor.* & quod in pari causa fiscus præferatur privato *l. 1. C. de iure fisc. tit. l. 28. ff. eod.* Posterior ait *Peregrinus l. 4. de iure fisc. tit. 8. n. 12.* affirmans, nullibi in iure reperiri, quod si ex eodem facto duo orti sint creditores, alter alteri præferatur in concursu, sed ius prælationis tum demum considerari, cum

#106

29

ri, cum ex duobus factis diversis duo creditores appareant, & ita
Senatum Paris. priore sententiâ rescissâ, judicasse testatur. Verùm
 neutra harum sententiarum indistinctè placet, sed rectiùs pro di-
 versitate casuum distinguitur: aut enim (1.) privatus certat de damno
 vitando, fiscus autem de lucro captando: aut (2.) uterque certat de
 lucro captando; aut denique (3.) uterque certat de damno vitando.
 Primo casu Peregrini sententiam verissimam credo, si enim v. gr.
 alicui furto vel vi subtracta sint mille, quæ ratio aut æquitas suade-
 bit, fiscum præferri furtum vel vim passio, si utrique non possit à reo
 in solidum satisfieri. *fac. P. H. D. art. 157.* ubi textum falsâ interpun-
 ctione laborare, & legendum esse: *vnd sol der beschädigt mit dersel-*
ben einfachen vergleichung des Diebstals / aber mit der übermaß-
nicht / der Obrigkeit Geldbusß vorgehen / Ampliſſ. Dn. Pres. in Hodoget.
 p. 618. animadvertit. Secundo casu, ubi privato nil abest, decisio Bal-
 di procedit; sicut & tertio, ubi fiscus agit pro damno dato in fundo
 fiscali & privatus similiter. Et hanc distinctionem memoriæ com-
 mendare jubet Everhard. *loco legal. à fisco ad dorem in fin.*

33 De effectu multæ pœnitentialis *des Newkauffs* / hoc est
 arrharum amissione in contractu emt-venditionis, hic paucis mo-
 nendi sumus. Etsi instituti nostri ratio non ferat, nos diffundere in
 illam controversiam: an cum arrhæ amissione liceat ab emtione
 perfectâ recedere? tamen obiter indicamus, istam sententiam no-
 bis displicere, eo nomine, quod absurdum sit, ut propter arrhas, quæ
 plerumque in re exigua consistunt, contractus super re pretiosa &
 magni valoris annihiletur; ut & illud non minus absurditatis con-
 tinet, ut arrha, quæ confirmandi contractus causâ dari solet *l. 35. pr.*
ff. de contrah. empt. occasionem præstet eundem facilius deserendi
 contra *l. 19. f. C. de fid. instrum.* atque ita actus contrahentium præter
 ipsorum intentionem contrarium effectum operetur *l. 19. pr. si cert.*
per. vide Ampliſſ. & Consultiſſ. Dn. D. Bicc. Præceptorem meum dexterrim-
um Aur. sect. 2. §. 87. Wesenb. π. n. 9. de contrah. emt. & ibid. Hahn.
 Effectus igitur multæ pœnitentialis est, ut emtor emtione non-
 dum perfectâ contractum ad implere nolens, amittat arrhas, adeoq;
 multam pœnitentiæ solvere cogatur. *pr. Inst. de emt. vend. l. 17. C.*
de fid. instrum. ita enim illos textus interpretor. Et habet hæc appo-
 sitio multæ pœnitentialis suum effectum etiam eo casu, quando pars
 alterutra arrharum lucro contenta, actionem ex contractu omittit.
Carpzov. p. 2. iurispr. forens. const. 33. def. 14. n. 17.



34. Et hoc quidem de multâ pœnitentiâ ipso jure definitum est: possunt autem & pœnæ seu multæ conventionales, de quibus inter partes conventum atque pactum est, exigere *l. 38. §. 16. de V. O.* solent enim homines privati, quo certior sibi fides obligationis constet, pœnas invicem stipulari, ni hoc vel illud factum fuerit, uti conventum est. Et quia in obligationibus faciendi promissor præstando interesse liberatur *l. 72. vers. Celsus ff. de V. S.* Wesenb. *¶. n. 4. de act. emt.* ejus autem quod interest probatio difficilis sit *l. ult. ff. de prætor. stipul.* Imperator in *§. ult. de V. O.* & Ictus in *d. l. ult.* suaiores sunt, ut is qui factum stipulatur, certam pecuniæ quantitatem pœnæ loco adjiciat, ne in probatione interesse succumbat: & quia facti æstimatio incerta est, aliis pluris, aliis majoris æstimantibus; ubi enim pœna est adiecta parùm de interesse curatur, sed pœna peti potest, & si nihil intersit, *§. 18. de inutil. stipul. d. §. ult. de V. O.* quamvis in foro conscientie ultra id, quod nostra interest, ab iis, qui non sunt solvendo, exigere non posse: tradat Damhoud. *pract. civ. c. 107.* Debent autem hæ stipulationes & adjectiones multarum ita esse comparatæ, ne pravitate usurariam sapiant, alioquin nil poterit ex iisdem exigere, ut exemplo eleganter probat Damhoud. *d. l. n. 3. & seqq.* Debet autem stipulator pœnâ esse contentus, nec enim simul & pœnam exigere & urgere factum promissum potest *l. 4. §. 7. ff. de except. dol. nisi aliter convenerit l. 115. §. ult. ff. de V. O.* nec si semel exacta est, poterit iterum exigere, si quid contra conventionem fiat, nisi id ad factum sit, ut toties committatur stipulatio, quoties contra fuerit factum *arg. l. 34. §. ult. ff. de recept. arb.* Porrò elegans exemplum pœnæ compromissæ est in iis, qui causam suam coram arbitro disceptare instituerunt, quam Prætor solvi jubet, dando actionem ex stipulatu adversus eum, qui contravenit *l. 31. §. 1. ff. de recept. arbitr.*

35. Progrediendum est ad contraria, multam imponendam impediencia, vel impositam tollentia. Impediunt multam, ne imponatur, innocentia & defectus culpæ *l. ult. in fin. ibi quem culpa non aggravat. C. de mod. mult.* judicis imponentis præcipitancia, non enim debet nec justè potest imponi præcipiti persuasione & inconsideratâ quadam severitate *d. l. ult.* Iusta excusatio, imò & injusta, qualifcunque enim causa à contumacia & consequenter pœnâ excusat. Wesenb. *n. ult. C. de mod. mult.* Dd. in *l. 1. si quis iudic. non obt.* Impedimento etiam est præscriptio, ut multa exigere non possit, Bocer. *tr. de Regal. c. 3. n. 4.* quod non accipi velim de irrogatâ & declaratâ, illa enim

enim non præscribitur longo tempore *c. cum sec. leges. de heret. in 6.*
sed de comminatâ tantum, nondum tamen revera impositâ, nam
quæ declaratione adhuc opus habet, illam unius anni periodo præ-
scribi & extinguï, adeo ut non amplius declarari possit, tradunt Dd.
ad l. un. ff. si quis ius dic. non obt. quamvis præceptum quid forte fuerit,
putâ sub pœnâ 20. aureorum, cui præcepto non sit obtemperatum
Rebuff. *ad l. 131. §. 1. de V. S.* Sed hoc in plerisque locis malè ab officia-
libus observari, ait Wehner. *Obs. pract. verb. Frevel* dum subditos ple-
runque post 3. vel 4. annos propter excessus multant, *Schweigen still*
(ita pergit Wehner.) *und fordern den Untertanen allererst nach 3.
oder 4. Jahren wegen dieser oder jener übertretung den Frevel ab.*
Impositam tollit, sed non rectè tollit, varietas, ut leges loquuntur,
erubescenda *l. ult. C. de mod. mult.* quæ levitatem iudicis, quem maxi-
mè constantia decebat *l. 19. §. 1. de off. presid.* arguit.

36. Rectè autem abolet multam remissio, quæ justâ, imò
& qualitercunque plausibili causâ subnixa est, bestialem enim ad-
mittere vix est, ut possim. vid. *Coroll. 1. quamvis id velit Carpzov.
decis. illustr. part. 3. dec. 299. n. 18. 19. & alibi.* Iustissima sanè causa est
paupertas condemnati, quodocunque enim iudex multam, quam
irrogavit ex præsentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, re-
digi non posse deprehenderit, necessitatem solutionis moderari *l. il-
licitas §. ult. ff. de offic. pres.* vel in totum remittere potest *l. ult. C. de
mod. mult.* *Christin. 2. decis. Belgic. 86.* Videndum igitur quinam pos-
sint multas remittere. Et Principem id posse certum est *l. 9. §. 11. de
pœn. l. 1. §. ult. in fin. de quest. l. 4. in fin. de pœn.* quia est supra legem *l. 31. ff.
de legib.* & respectu Principis omnem pœnam esse arbitrariam, quia
arbitrium suum ex motu cœlesti sumit, post alios scribit Peregrinus
l. 4. de iur. fisci. tit. 8. n. 15. Clar. 5. sent. §. fin. q. 59. n. 2. non tamen in remit-
tendis pœnis nimis debet esse facilis, ne alioquin delicta transeant
impunita *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* & homines spe indulgentiæ
freti ad malificia temere profiliant *l. si operis 13. C. de pœnis.* Idem di-
cendum de Statibus Imperii, qui regalia concessione Imperatoris
vel alio quocunque titulo habent, *Carpzov. prax. crim. q. ult. n. 8.* jus
enim multandi regalibus connumeratur *in C. un. que sint regal. 2.
F. 56.* & quilibet princeps potest in suo, quod Imperator in universo.
vid. latè *Reinking. l. 1. cl. 5. c. 6. de regim. sec. & eccl.*

37. Sed an id possit Imperator in præjudicium ejus, qui of-
fensus vel læsus est, magis dubitatur? Distingui solet inter potesta-
tem

E

tem

tem Principis absolutam & ordinariam. Ex plenitudine potestatis posse principem etiam tertio jus suum auferre, communiter tradunt Gail. 2. Obs. 56. n. 2. Goth. Anton. Disp. feud. 6. 9. 2. lit. d. quod maxime procedit, si proprio motu id faciat, tum enim ex certa scientia & ob justam causam utilitatemque publicam id facere praesumitur Gail. 2. Obs. 58. n. 2. Mynsing. 4. obs. 8. n. 3. Nunquam tamen praesumitur Princeps plenitudine potestatis uti velle, Reinking. l. 1. cl. 3. c. 12. n. 6. de regim. Imò nec eà uti facile debet, nisi justissimâ suadente causâ & ratione, ne peccatum committat, Gail. 2. Obs. 56. n. 13. Si verò ordinariam Principis potestatem spectaveris, poenam in praedictum tertii remittere non potest, Peregrin. l. 4. de iure fisc. tit. 8. §. 26. unde etiam quando jus tertii laesum est, non quidem de potestate, sed tamen de voluntate & scientia Principis disputare & inquirere licet l. 2. ff. de supell. leg. l. 43. pr. de vulg. substit. quia nonnunquam per sub- & obreptionem malè instruitur Gail. d. O. 58. n. 8. & l. O. 14. m. 6. quod etiam factum praesumitur, si non motu proprio, sed ad postulationem alterius rescribit, Mynsing. 4. O. 8. n. 4. cum enim nunquam à jure communi recedere velle credatur, Reinking. l. 1. cl. 3. c. 12. n. 61. de regim. tale quid magis ob importunitatem petentis, quam motu proprio concessisse existimandus est, vid. Perez. & Dd. in tit. C. si contra jus vel util. publ. Sunt tamen alii, qui hanc distinctionem repudiant, nullamque potestatis plenitudinem admittunt, plenitudinem tempestatis, Besold. c. 1. de appellat. n. 10. & inventum Diaboli eam esse dicentes, Waremund. ab Erenberg. tr. de subsid. reg. c. 15. n. 16. Dan. Otto de iure publ. c. 8. p. 185. quorum sententia stabiliri posse videtur eà ratione, quod plenitudo potestatis nihil aliud sit, quam majestas, docente Reinkingio, l. 1. de regim. sec. & eccl. cl. 2. c. 2. n. 80. & boni Principes hac clausula: *Ex plenitudine potestatis*, uti soleant, non ut abusum potestatis profiteantur, sed ut declinent inutiles disputationes & contradictiones. quo faciunt recessus Imperii, qui his terminis utuntur etiam in legitimo & ordinario potestatis exercitio. Aur. Bull. praef. circ. fin. tit. 2. pr. tit. 3. in fin. tit. 16. R. A. de anno 1495. Rubr. von sachen/so sich vor diesem Landfrieden begeben haben in verbis: von Römischer Königlichcr Macht vnd Vollkommenheit vnd rechtem wissen &c. & de anno 1554. §. als wir aber. ibi: auß vnser Keyserlicher Macht vnd Vollkommenheit. Pro conciliatione harum opinionum distinguendas esse arbitror duas has quaestiones: 1. *Verum Princeps ex certa scientia & de plenitudine potestatis auferre possit*

possit alicui ius suum sine causa? Et 2. Vtrum id possit ex causa, utilitate
scil. publica? De priore quaestione, posterioris sententiae autores ac-
cipio, ut per ablationem ex plenitudine potestatis, intelligant vio-
lentam & sine causa factam. Prioris autem sententiae Doctores, de
posteriori quaestione loqui videntur. qua distinctione supposita u-
trique rectissime sentiunt. vid. Fachinae 8. *controvers.* 63. Ant. Ga-
briel. l. 3. *conclus.* 1.

38. Iudices seu magistratus Principis inferiores jure Iustiniano
multam non nisi uno casu remittere possunt, videlicet si inopia rei
eam non admittat. l. 6. §. ult. C. de mod. mult. l. illicitas. §. ult. ff. de off. pra-
fid. Et quando poena pecuniaria a lege ipsa statuta est, postquam irro-
gata fuit, nullatenus ab iis remitti potest, sed Princeps adeundus est
l. 1. §. ult. ff. de quaest. l. 27. pr. ff. de poen. l. 45. §. 1. ff. de re iud. etsi male ju-
dicasset, iudex enim postquam sententiam semel dixit, postea iudex
esse desinit, & hoc jure utimur, ut iudex, qui semel vel plaris vel mi-
noris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit:
semel enim, sive male sibi bene, officio suo functus est l. iudex 55. l. de
re iud. Hodie tamen magistratus, quibus merum imperium compe-
tit, poenas civiles, quales sunt relegatio, carceris poena & multa pe-
cuniaria, facinorosis reis mitigare & remittere posse, probat Carp-
zov. *prax. crim.* p. 3. q. 150. n. 85. 86. Denique an pars offensa possit offen-
denti multam remittere, si quaeratur? facilis erit distinctio, an inju-
ria & laesio spectet rempublicam, inque eam derivetur, & tum ne-
gabitur, privatum id posse, quilibet enim suum jus & injuriam non
alienam remittere potest, vid. l. ius publicum 38. ff. de pact. l. 2. §. 4. C. de
iure iur. propter calumn. An vero solius privati interesse aut injuria
versetur, & tum recte poenam pecuniariam remittet, nec iudex ul-
terius procedere poterit, quia juri suo renunciare cuilibet permis-
sum est l. 40. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. Illud non erat omitten-
dum, multam propter paupertatem remissam non posse exigi, etsi
quis ad piguiorem fortunam pervenerit, l. illicitas. 6. §. ult. ff. de offic.
Praesid. Boer. *decis.* 349. n. 4.

39. Affinis multae est Poena in specie sic dicta, quatenus mul-
tae opponitur. Affinis dico, variis enim modis ab ea differt, uti appa-
ret ex l. 131. §. 1. & l. 244. de V. S. quos breviter enarrabimus. (1.) Poena
est nomen generale, omniumque delictorum coercitio; multa
specialis peccati l. 131. §. 1. de V. S. quorum verborum interpretatio du-
plex est: prima, id innui, differre poenam & multam, ut genus & spe-
cies;

108.

29

cies; pœnam esse genus, multam speciei vicem obtinere, ut adeo
omnis multa pœna sit, non vice versâ omnis pœna multa. Ita Gœdd.
ad *d.l. 131*. Altera sic explicat. multam eam esse, quæ speciatim est im-
posita pro certo crimine jam commisso; pœnam quæ generaliter à
lege omnibus criminibus præstituitur, etiam committendis. Ita Bart.
Alciat. Rebuff. ad *l. 131. §. 1. d. t.* (2.) Multa est pecuniaria, pœna autem
non tantum pecuniaria, sed & capitis & existimationis est, aut si quæ
alia fingi potest corporalis coercitio, cuiusmodi est fustigatio, rele-
gatio, deportatio, &c. *d.l. 131. §. 1.* (3.) Multa infamiam non adfert *l. 1.*
C. de mod. mult. Pœna autem delicti non potest non afferre infamiam
& ignominiam. *l. 63 ff. de furt. l. 40. de iniur. c. infamis §. porro caus. 3. q. 7.*
(4.) Multa arbitrio iudicis imponitur pœna autem lege vel alio jure
speciali infligitur. *d.l. 131.* quod iterum duplicem recipit interpreta-
tionem, accipi enim potest de quæstione An, & de quæstione Quo-
modo. Si prius, hunc habebis sensum: Multa proprio multantis
arbitrio sine omni juris necessitate vel autoritate infligitur; pœna
autem reliqua omnis, quæ multæ nomine caret, sive capitalis sit, sive
non capitalis, nequaquam mero punientis arbitrio infligitur, sed le-
gis, SCti, constitutionis, consuetudinis edictive autoritate & iussu
executioni traditur. Ita Gœd. *d.l. n. 2.* quamvis enim facti quæstionē
lex arbitrio magistratus concesserit, pœnæ tamen executionem suæ
autoritati reservavit *l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpill.* Sin posterius (quam in-
terpretationem nos addimus) sermo erit de forma & modo punien-
di, ut sensus sit: quantitas multæ à iudice est, qui suo illam arbitrio
moderatur & aggravat; forma pœnæ à lege est, ubi nullæ iudicis
partes sunt: nisi ut sententiam legis exequatur. Cum enim plerisque
delictis certæ pœnæ sint deputatæ à lege, ab eius præscripto iudex
recedere non potest, quia iudicare non debet de legibus, sed secun-
dum leges, *Nov. 85. c. 10. l. 3. in fin. C. de apostat.*

40. Porro (5.) multa dicitur, ubi specialis pœna non est im-
posita, & tum demum locum habet, quando aliqua fraus vel culpa
commissa est, quæ ex lege, SCto, constitutione aut edicto non habet
certam animadversionem; pœna autem semper specialiter lege ju-
reque præstituta est *de l. 131. §. l. 244. de V. S.* (6.) Multam dicit is, cui
adjudicatio data est: pœnam autem unusquisque irrogare potest,
cui hujus criminis vel delicti, quod puniendum est, executio com-
petit, & cui hoc specialiter lege SCto aut constitutione concessum
est *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. iurisdic.* (7.) à multa provocatio est
l. 1.

l. à multis C. de appellat. à pœna nequaquam, quia à lege imponitur,
à quâ non potest appellari, quando est ab eo promulgata, à quo ap-
pellare non licet, Principe sc. superiorē non recognoscente l. si res ff.
de appellat recip. l. 16. de appellat. l. 2. C. quorum appell. recip. l. 244. de V. S.
(8.) Multa regulariter fisco applicatur l. 5. C. de mod. mult. pœna quan-
doque parti, ut in furto & similibus §. 1. I. de vi bon. rapt. (9.) Multa ul-
trâ modum præscriptum imposita est ipso jure nulla l. eos C. de mod.
mult. secus est in pœna, quæ tamdiu firma manet, donec per appel-
lationem rescindatur. (10.) Multa pro uno delicto ter in anno im-
poni potest l. eos C. de mod. mult. pœna quotiescunque delinquitur, in-
fligi potest l. quandoque C. de serv. fugitiv. (11.) Multam moderare
potest iudex, & quandoque remittere ex causa l. illicitas §. ult. ff. de
offic. præsid. Secus est quo ad pœnam, quia per illius impositionem
iudex officio functus est l. iudex. de re iud. l. commissum C. ad l. Iul. de a-
dulter. (12.) Pœna (capitalis in primis) non ipsius gratia, qui pœna
afficitur, sed reliquorum, qui supersunt, adhibetur, ut reliqui ab ea-
dem noxâ committendâ absterreantur, pœnaque unius sit metus
multorum l. ult. C. ad l. Iul. repetund. multa verò principaliter eo im-
ponitur fine, ut qui deliquit, deinceps fiat emendatior & magis obe-
diens. Rebuff. ad d. l. 131. Addit denique (13.) Gœddeus & hanc diffe-
rentiam, quod pœnarum executio mandari non possit, quia pœnas
infligere neque imperiū neque jurisdictionis est, sed cui specialiter
datum est l. 1. ff. de offic. eius cui mand. l. 3. de iurisd. multandi verò jus,
cum sit jurisdictionis, mandari possit l. mores. & l. seq. ff. de iurisd. quam
sententiam, quomodo nos admittamus, ex θ. 12. supra patere potest.
41. Multis affines etiam esse pœnas pecuniarias legales We-
senbec. n. ult. C. de mod. mult. docet, quod accipio, de pœnis numma-
riis lege expressâ determinatis, & multæ vocabulo in propriissimo
significatu sumto, ut denotet eam, quæ iudicis arbitrio infligitur.
Non multum absimilis est confiscatio bonorum, quâ tota substan-
tia condemnati in fiscum redigitur. Item æstimatio seu taxatio ejus
quod interest ex lege Aquilia, vid. C. I. A. θ. 17. ad l. Aquil. Condemna-
tio in expensas litium, quas solvere victus victori tenetur. Præstatio
ejus quod interest Schneidvv. ad §. ult. n. 11. & seqq. de V. O. & alia plu-
ra, quæ nunc latius persequi non fert animus nec tempus. Vela igitur
contrahamus, finemque nostra sortiatur disputatio. Cum ante
unam alteramve septimanam hic mihi labor impositus esset ab iis,
quorum dicto audientem esse me naturæ leges jubent, res quidem vide-

#18.
109.

29

videbatur haud facilis, eo quod tanta temporis circumscriberer angustia, apprimè gnarus, celeritatem bono consilio esse aduersissimam *arg. l. 6. ff. de interrog. in iure fac. l. 1. C. de requirend. reis.* Lipsius *3. Polit. 7. n. 7. & seqq.* cum nulla res possit esse & festinata & examinata, nec quicquam sit, quod habeat & laudem diligentia, simul & gratiam celeritatis, vid. *Responsum Burianum Facult. Iurid. Argent. in pr.* Deprehendebam insuper præter opinionem, Interpretes parcissimos brevissimosque esse in materia, quam plenissimè eos elucidasse existimaram. Sed (ut verbis id Imperatoriis edisseram) manibus ad cælum sublatis, & aeterno auxilio invocato, hanc quoque metam attingi, Deo fretus, qui & res penitus desperatas donare & consummare suæ virtutis magnitudine potest *l. 1. §. 2. C. de V. I. E.* Pro hoc beneficio, ut & aliis innumerabilibus, quas ei gratias aut quas laudes exhibere debeam, mens mea non potest concipere, nec lingua proferre *l. 1. pr. C. de offic. Præf. Præf. Afric.* Ejus Numini uni *l. 2. §. 1. C. de Summ. Trin. indiviso d. §. 1. summo d. l. 2. pr. omnipotenti d. l. 2. §. 1. ex quo omnia & per quod omnia l. 5. §. 1. C. eod. sit laus, honor & gloria in sempiterna secula.*

COROLLARIA.

I.

Q. An fatua & bestialis, ut loquuntur, causa, à dolo excuset, & ad mitigationem pœne ordinariæ faciat? Frequentissimum quidem est hoc postulat in ore Pragmaticorum, vid. *Carpzov. p. 2. decis. illustr. 186. n. 17. Item p. 3. decis. 299. n. 18. 19. Præf. crim. p. 3. q. 104. n. 143. Annotatores Clari ad l. 5. sent. §. fin. q. 6. n. 22. Wesenb. n. 4. par. de his qui not. infam. Hahn. ad Wesenb. n. 13. de iurisd. ubi terminos explicat, bestialem causam eam esse dicens, quæ bestia magis, quam homini consentanea est. Illud tamen ex *l. 12. §. 3. liberal. caus. C. l. 47. §. 7. de furt.* probari posse, nullatenus credimus.*

II.

Q. Si fur rupto laqueo, à patibulo decidat, an liberandus sit? Affirmativa post alios etiam Wesenbecio nostro *par. n. 9. ff. de pœn. atque Bacchov. ibid. arri-* det, sed argutias has ipsa sententiæ verba: *Solle mit dem Strang vom Sebenzum Todt gestrafft werden* refutant, *P. H. D. art. 162.* quæ verba, ut & alia omnia, cum effectu accipienda sunt *arg. l. 10. ff. C. l. 10. C. 14. G. de pœnis.* Quis quis igitur, gulâ fructa deciderit revixeritq; , cum iteratò suspendendum esse, libentissimè cum Wes. negabimus.

III.

Q. An Pater Pontificius filium eo nomine, quod se invito in Augustanæ Confessionis castra transferit, tanquam hereticum per Nov. 115. §. 14. exheredare possit? Resp. Id etiam concessâ Papicolis falsissimâ hypothesi, Lutheranos

ranos esse hæreticos, negaremus ea ratione, quod religionis Lutheranae exerci-
tium æque ac Pontificia Ordinationibus Imperii permissum sit. *Pacificat. religio-
gros. § vnd damit solcher friede.*

IV.

Q. An peccet Princeps, duellum concedens duobus adversariis magnatibus?
Vtique sanè, quia hoc nil aliud est, quam Deum tentare *C. monomachiam 2. q. 4.*
& multos sub injusto clypeo vicisse, an contra sub justo periisse compertum est
significantiibus extr. de purgat. vulg. Sid. l. un. C. de gladiator. Quin & hoc ad-
dimus, duella nullâ ratione solidâ, etiam quoad provocatos sustineri vel excu-
sari posse, adeoque ea, tanquam omni jure illicita, toto genere damnamus.

V.

Quidam presentibus convocatisque testibus ad actum testandi, testatorem
moribundum ita alloquitur: si vis me heredem tuum esse, manum meam
preme. Ille manum pressit, Q. an valida sit illa heredis institutio?
Neg. Nuncupare enim est heredem verbis exprimere ac palam nominare *l. 21.*
l. 25. ff. qui test. fac. post. ut nutu heres non instituatur l. 29. C. de testam. ubi Goth.
l. 0. Testatorem ad minimum tribus his verbis: Titius heres esto l. 1. § 3. de he-
red. inst. aut similibus, uti oportet l. 6. de reb. cred. l. 29. C. de testam. formulæ e-
nim sublatae sunt, non verbal. 15. C. de testam. Exceptum tn. volunt testamen-
tum ad pias causas, Mantica de coniectur. ult. Col. l. 4. tit. 4. n. 7. § 8. gloss. singu-
laris in C. cum. tibi Extra de testam.

VI.

Q. An carnifices quadam laborent infamia? Resp. Nullâ eos vel iuris vel
facti infamiâ laborare, cum Hahn. *ad W. n. 3. de his qui not. infam. & Bocer. cl. 6.*
D. 8. th. 21. defendemus: vulgò tamen quandam iisdem imputari labem atque
maculam videmus. Idem dicemus de iis, qui scienter præter necessitatem, aut
officii rationem, cum hujus farinae hominibus multum conyersari non verentur.

VII.

Q. An probanda illa carnificum consuetudo, quâ sibi vindicant omne id,
quod in loco *αὐτοχρησίας* commisse & cadaveris iacentis stantes, gla-
dio sursum atque deorsum & in circumferentiâ attingere queunt?
Resp. Non possumus eam non judicare irrationabilem.

VIII.

Q. Momentum moriendi, vitane an morti ascribendum? Ita quæsitum
olim esse accepimus in cœna Tauri Philosophi Atheniensis, quando moriens
moreretur, an cum adhuc viveret, an cum in morte esset, *Gell. 6. N. 13. Philo-*
sophos si perquiras, per doctrinam status & ampliationis hunc nodum extri-
cabunt, & utrumque tutò dici asserent: Viventem mori, hoc sensu: qui vivit,
aut certe paulo ante vixit, moritur. Et mortuum esse morientem, cum hac am-
pliatione: mortuus est vel moriens, vel certè paulò ante moriens fuit. Plinius
nobis, quantum ad effectum juris attinet, cum Ictis respondere licet, momen-
tum moriendi vitæ potius quam, morti juris interpretatione transcribi per
l. 18. §. 1. ubi Goth. de manum test. l. 42. §. 1. de mort. caus. don. l. 11. C. de contrab-
emr. l. ult. pr. eod. Goth. ad l. 22. ff. ad Sc. Syllan. nam cum v. gr. sic stipulor: da-
bisne

no. 27. num. 3

170

29

bisne mihi centum, cum moriar, valet illa stipulatio, quia per eam non tam post mortem, quam in vita oritur obligatio, & ultimo vitæ momento talis conditio impletur.

IX.

Q. An verum illud Itatorum vulgatum: Legista senza capitolo vale pocho; Canonista senza lege vale niente? Resp. Verissimum per c. 1. ibi: quia sicut leges non dedignantur, sacros imitari Canones, ita & sacrorum statuta Canonum, Principum constitutionibus adjuvantur. Extr. de op. nos. nunc.

X.

An iudex secundum acta & probata, an sec. conscientiam iudicare debeat? Brevissima & tutissima respondendi ratio est, iudicem semper debere iudicare secundum acta & probata, nunquam tamen contra conscientiam.

*ma. u. h. h. odie
zant.*

PARADOXA.

1. Plenum rei dominium etiam à non domino potest in alium transferri l. 14. §. 1. de religiof.
2. Ex parentibus legitimis nascitur spurius in l. 25. ff. de capt. & post l. reo.
3. Diversis temporibus occidi quis potest l. 51. §. 2. ff. ad l. Aqu. Ergone & bis mori?
4. Sutor puero parum benè facienti, quod demonstraverat, formam calcei cervicem percussit, ut oculus ei perfunderetur l. 5. §. 3. ad l. Aquil.
5. Filium suum adoptare quis potest l. 12. ff. de adopt.
6. Actio furti competit, cum tamen res non sit furtiva l. cum as 20. ff. §. 1. de furt.
8. Actio furti non datur, cum res sit furtiva l. 1. ff. rer. amot. l. 52. §. 1. ff. de furt.

Eruditissimo Domino Respondenti, con-
terraneo & amico omnium optimo.

DVM MVLCTÆ fontes aperis, methodique reducis
Ad legem, magno nomine dignus eris.
Addictus sanctæ Themidi, superemines omnes,
Quos etate pares patria nostra tulit.
Nocte dieque sedens, dum spissa volumina juris
Sedulus evolvis, pluraque scripta Sophum,
Iungatur Præses, Carpozovius, adde Taborem,
ZILLESII, tandem tu quoque Doctor eris.
Sic te certa fovet, spes & pulcherrima, partes
Olim concedi posse tibi patria.

Honoris ergo ita accinuit

Johan. Daniel Hienius,
Trarb. Mosell. LL. Stud.

FINIS.

ULB Halle
003 882 810

3




(f)

Sb

KD17







TIO JURIDICA,

CTA,

r **Beststraff.**

TER ANNUENTE

CAESIDIO

Consultissimi, Ex-

NIS REBHAN,

MA ARGENTORA-

VERSITATE, PAND.

CELEBERRIMI,

ceptoris, quovis obser-

genere atatem pro-

ITORVM EXAMINI

ZILLESIIUS

Mosellanus.

ib. loco horisq. solitis.

TORATI,

NICOLAI HETSTEDI,

C. LVI.

93.

1656, 11.

18

Disp. VIII

